

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6837

Autre(s) référence(s) : Round 452

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1161]

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation de donations faites en Angleterre à l'abbaye de Saint-Étienne de Caen.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1835 (1).

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CLII, t. 1, p. 261-264.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 452.

Dissertation critique

Souscription du chancelier Thomas prouvant que la pièce est au plus tard de 1161. Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 262.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Angl[i#], et dux Normanni# et Aquitani#, et comes Andeg[avi#], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normanni# et Angli#, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse et reddidisse Deo et Sancto Stephano de Cadomo, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute anim# me#, patris ac matris, uxoris, filiorum ac parentum, antecessorum et successorum meorum, quicquid rex Willelmus proavus meus vel rex Henricus avus meus ecclesi# predict# dederunt et concesserunt et cart# illorum testantur, et quicquid rationabiliter tenuerunt temporibus prefatorum regum, Willelmi videlicet et Henrici avi mei, et quicquid datione vel emptione seu commutatione vel quibuscumque rationabilibus

modis adquisiverunt temporibus illorum et meo. Quare firmiter precipio et volo quod omnia illa teneant bene et in pace, libere et quiete et honorifice, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et paschuis, in viis et semitis, in aquis et molendinis, in piscariis et in omnibus rebus, cum omnibus libertatibus et dignitatibus et consuetudinibus cum quibus melius et liberius tenuerunt temporibus regum Willelmi videlicet et Henrici, avorum meorum, et meo: manerium scilicet de Northam cum Aisserugia, membro sibi pertinente, in Anglia situm, in comitatu Devenessir#, cum omnibus pertinentiis suis in terris et aquis et salinis, ita solidum, liberum et quietum et de werecco et de scyra et hundreto, cum consuetudine navium ibidem venientium, et cum omnibus appenditiis et consuetudinibus quae ad ipsum manerium pertinent, reddo Deo et Sancto Stephano et monachis, sicut Matildis regina, uxor regis Willelmi proavi mei illud tenebat, quando Sancto Stephano illud dedit, sicut carta regis Willelmi proavi mei testatur, et ego concedo, do, reddo et confirmo. Concedo etiam et confirmo duo maneria in Dorsetha de dono regis Willelmi, Framtonam videlicet, cum membris et appenditiis suis, in bosco et plano, et Biemcominam, et in Berchesira apud Heinreit septem hyddas terr#. Concedo etiam Bridetonam in Dorsetha dono regis Henrici avi mei, quam videlicet Bridetonam rex predictus Henricus avus meus dedit Sancto Stephano et monachis et concessit, solidum, liberum et quietum, cum socco (sic) et sacca, et thol et them et invanganetheof, et cum omnibus aliis consuetudinibus ad idem manerium de Bridetona pertinentibus, pro redemptione animae suae et omnium parentum suorum, et partim pro corona ceterisque ornamentis eidem coronae adjacentibus, quae pater suus W. rex proavus meus moriens Sancto Stephano dimisit. Et in Essessa maneriolum de Penfelda cum bosco et lundis sibi adjacentibus, solidum et quietum ab omnibus consuetudinibus, quod dedit Walerannus Filius Rannulfi, cum tota decima sua alterius terr#, videlicet de Tiedesham et de Esingesham et de Foleborna et de Almeleia et de Buris, et cum mansione terr# infra Lundoniam Wodestrata, quieta de gelt et de escot et de omni consuetudine alia ; et ecclesiam de Mortona cum virgulto et terra et decima eidem pertinentibus de dono W. de Escoeis ; et in Norfolc Welles cum suis appenditiis in Gaitona et cum ecclesia et decima quae sibi pertinent dono ejusdem W. de Escoeis. Testibus : Rothrodo Ebroicensi episcopo, Philippo Baiocensi episcopo, Ærnulfo Luxoviensi episcopo, Jordano Taixun, W. Filio Johannis, Thoma cancellario, Gaufrido Ridello.

Apud Baiocas.